



## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Annus Cisterciensis**

In quo Pia, Et Brevi Apostrophe proponuntur Veneranda, & Imitanda Gesta  
præcipua, & eximiæ Virtutes Sanctorum ac Beatorum utriusque sexûs  
Ejusdem Sacri, Et Ab Origine Sua Exempti Ordinis


**Meglinder, Joseph**

**[S.I.], Anno MDCLXXXIII.**

4. Octobris. 4. Nonas.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-45314**

totimore, quanca illuc humilitate ac- Oratio  
cedere debet à palude suà procedens quām  
& repens ranuncula vilos? quām debeat  
tremebundus, quām supplex, quām milis.  
denique humilis & sollicitus, & toto  
intentus animo majestati gloriae, in  
præsentia Angelorum, in concilio ju-  
storum & congregatione assistere po-  
terit miser homuncio?



## 4. Octobris. 4. Nonas.

B. MARIA Monasterii de Carrizo Floruit  
Abbatissa, Virgo ex Regio stem- anno  
mate orta; sed terreni honoris pertæsa 1177.  
latibulum tibi construxisti aptissimum  
sanctimonie conservandæ, Partheno-  
nem, quem de Carrizo appellasti. Ibi  
suum decorum mirata est Humilitas,  
regale diadema spectans calcatum pe-  
dibus: ibi deliciæ carnales, nobilissimi  
sanguinis, quem flagella effuderant,  
imbribus submersæ, emoriebantur,  
aut marcebant vigiliis, aut gemebant  
sub abstinentie jugo. Harum virtu-  
tum memoriam servat dignum tuo  
genere sepulchrum, quod & hodie te  
Fundatrixis titulo honorat. Uinam &  
anima mea generis sui nobilitatem agnos-

N n ceret, ne-

290 ANNI CISTERCIENS.  
ceret, neque admitteret aliquid indignum  
divina origine!

*Floruit* B. ERVÆ Abbas Ursi-Campi:  
*anno* celeberrimus vaticinio BERNARDI  
*1142.* & felix. Transferat ille Noviomensem


civitatem, accepto diversorio in ædi-  
bus Simonis Episcopi, Patrui tui, & e-  
ducatoris: à quo cùm Beatissimo Patri  
fausta precatione donandus offerteris,  
*S. Ber-* ex gratio serenæ frontis decore pro-  
*nardi* micuit generosus ille animus, quem à  
*de illo* regio sanguine traxisti. Ea deinde no-  
*vatici-* ñete idem sibi visus est inter Missarum  
*nium.* solennia Angeli ministerio ad te Pacis  
osculum transmittere. Cujus augurii  
interpres vaticinatus est, te amplexu  
Sacri Ordinis numerum Filiorum Ber-  
nardi auctoratum. Nec expectationem  
illius fecellisti: dum à B. Walerano,  
Angelicæ puritatis Viro, in Monaste-  
rium Ursi-Campi suscepimus, meritis i-  
ta exigentibus eidem in Abbatiali di-

*Mortis* gnitate subrogatus es. Quámque in-  
*horam* timo amoris affectu etiam post fata te  
*præno-* complexus fuerit, expertus es, quando  
*scit.* te incolumem & nihil morbi metuen-  
tem, moruit de hora, qua illi proxi-  
mè in æterna gloria sis conjungendus.  
Inæstimabile est Dei in nos beneficium, tam  
nobiles, tamque potentes aulæ cœlestis  
principes ad infirmitatis humanæ custodi-  
am defi-

am destinantis. Esto mihi Angelus Pacis,  
et doce me ita dirigere actiones meas, ut  
pacem cum Angelis eternam possideam.

S. BERNARDUS, hom. 3. sup. Miſ.

Solent Angeli aſtare orantibus, & de-  
lectari in his, quos vident levare pu-  
ras manus in oratione: holocaustum  
sanctæ devotionis gaudent ſe offerre  
Deo in odorem juavitatis.



5. Octobris. 3. Nonas.

B. HUGO Monache Curiæ-Dei; qui floruit  
fervorem in ſeſtanda Religionis circa  
perfectione etiam post mortem è tu- annum  
mulo prodiſ, dum frigido febrium hu- 1200.  
more laborantes ibi à te piis precibus  
invocato calorem inveniunt, quo  
morbus abigitur. Expelle etiam ab ani-  
ma mea febrilem languorem in rebus di-  
vinis: ſentio hunc, nec ſemel tantum de-  
ploro, & ad Medicum aſpiro.

B. GERWICE, Abbas Waldſaf- Floruit  
ſensis, illiusque Monasterii conditor, anno  
cujus occaſionem dedit inopinatum 151.  
vulnus, quod inter militares ludos  
Marchioni Theobaldo de Vohemberg,  
tibi ob generis, ætatis, & ſtudii parita-  
tem in aula Bavari charo inflixisti.  
Infelici ergo manui iratus, mundo  
res suas

N n 2